UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

34. De signis mortem Christi secutis. Matt. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

non habens etiam in morte, vbi caput re-
clinet. 3. vt tibi ſuggerat quanta ſint cru-
cis commoda. 4. vt precibus tuis merito
paſſionis ſuæ nitentibus annuat. 2. Con-
ſidera eum tradidiſſe ſpiritum tũ Patri in
tertium diẽ aſſeruandum, tum nobis. De-
derat enim nobis ante corpus ſuum, ſan-
guinẽ, veſtes, reſtabat vt daret & animã
& pretium redemptionis noſtræ fieret p-
fectum. Vt diſcas te tuum non eſſe, ſed
Chriſti, quia ſuis membris, tua, ſuis poẽ-
tiis tuas, ſuo corpore tuum, ſua anima
tuam mercatus eſt ſibi & redemit.

MEDITATIO XXXIV.

De ſignis mortem Chriſti ſecutis Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23.

1. ECCE *velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum.* Conſi-
dera Chriſto ſpiritũ cum clamore emit-
tente omnes creaturas ingemiſcere, ac ſi
cum conditore ſuo vitæ finem facientes, &
ipſæ deficere velle viderẽtur. Omnes, ho-
minibus præ metu tacentibus, in vltioné
impiorum ſe paratas exhibent, Deoq; ſuo
etiam viſcera offerunt. 2. conſidera ve-
lum tẽpli ideo ſciſſum, quia morte Chri-

ſti omnia

ſti omnia veteris teſtamẽti myſteria, maximè autem cruentorũ ſacrificiorum, patefacta ſunt. Apertus & aditus eſt in vera ſancta ſanctorum, id eſt, in cœleſtem patriam. Vt diſcas in poſterum omnium excuſationũ & peccatorũ vela à corde tuo tollere, & interiora Deo & ſacerdoti per confeſſionem patefacere in hac vita; ſic enim opus nõ erit poſt mortem in die iudicii illa ſcindere, & toti mundo manifeſtare.

Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt. Cõ- 2.
ſidera, cum Iudæi peterent ſilẽtium indi-
ci turbis clamantibus, *Benedictus, qui ve-* *Luc.*
nit in nomine Domini Chriſtum reſpondiſ- 19.
ſe, iis tacẽtibus lapides clamaturos. Id verè nunc euenit, hominibus enim Chriſtũ confiteri non audentibus petræ diruptione teſtimoniũ dant eius diuinitati. 2. Cõſidera, ſi nos, qui quouis peccato lethali Chriſtum crucifigimus, de peccatis non conteramur, nec paſſioni Chriſti compatiamur, nec tremendum iudicii diem timeamus, terra ſumus inſenſibiliores, petris duriores, & mortuis magis mortui.

Et monumenta aperta ſunt, & multa cor- 3.
pora Sanctorum ſurrexerunt, & in ſancta ciuitate multis apparuerunt. Conſidera hoc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſigno omnium maxime Chriſtum aperti inferorum portis S. Patres liberos emiſiſſe 2. eadem morte fœtẽtia cordium ſepulcra aperienda eſſe, vt inde fœtor omnium peccatorum exhalaret. 3. corpora iuſtorum aliquãdo reſurrectura, & cum Chriſto ſine fine victura 2. Conſidera his quæ que Dominicæ paſſionis ſignis, contin. effectus, quos in anima peccatoris operatur. Primo enim ſciſſo velo ignorãtiæ iudicij dies, & pœnæ inferni illi obiiciũtur. 2. terra, id eſt, mens timore illorum commouetur ad reſipiſcendum. 3. cor laxem ad pœnitentiam emollitur 4. per confeſſionem è ſepulcro peccatorũ extrahitur 5 reſtituitur vitæ gratiæ, & dignus fit greſſu ciuitatis ſãctæ ſupernæ Ieruſalem.

MEDITATIO XXXV.

De conuerſione Centurionis. Matth. 27. Marc. 15.

1. VIDENS *Centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, viſo terræ motu, timuit cum ſuis valde.* Conſidera quam velociter ſãguis Chriſti ſuas exeru vires, oratione tam efficaci Deo Patri oblatus, qua ꝑ crucifigẽtibus rogauit. Quæ enim terræmotu, aliiſq; ſignis indicaban-